

1547. d. 11. Junii.

Ca. M. Arch. Stan. Aug. Regi.

Sigismundus Primus Rex Polonia
Nicolaus Dairgowski Archiepiscopo Gnesne

Reverendissime etc. Quantum detrimentum Regnum
Nostrum capiat ex multiplicata Illustris Domini Ducis 38
in Prussia moneta, quam etiam nunc audere non
cessat, non ignorat Reverendissima Lateranitas Tua,
quod ut aliquando tandem averteremus, edixeramus,
ea Decreto Cuncti Superioris Conventus, ut eam omnes
ad officinam Nostram Monetariam deferrent, justum
pro ea pretium accepturi, aut certe eam extra Re-
gnum exportarent, ad diem festum Sancti Michaelis
lis, quod jam praeterit, post quod si quis ea uti aude-
ret, in commissi poenam caderet, nisi aliud in Conven-
tu Regni statutum fuisset. Quoniam vero nihil de eo
edicto in proximis Comitibus mutatum est, cum tamen de
eo aliquoties relatum esset, permissumque tantum, his
qui ex Statu Regni rei monetariae praesunt, vide-
rent ut sine magno detrimento Moneta ista exclu-
di posset, volumus edicto anni superioris uti, atque
in eos qui Moneta Illustris Domini Ducis in
Prussia uterentur ex eo animadvertere. Sed admo-
niti sumus a quibusdam Consiliariis Nostris exclusa
Illustris Domini in Prussia Ducis monetam No-
stram in usum Subditorum Nostrorum non suffe-
cturam, propterea quod in officinam nostram mo-
netariam argentum malignum suppeditetur, coacti
itaque sumus a proposito discedere, ac nova Consi-
lia adhibitis rei monetariae peritis quaerere, qui-
bus detrimento isto, quod ingens ex eo moneta
ad Regnum Nostrum pervenit occurrere possemus,
quorum

1547
quorum haec Sententia fuit, ne moneta cujus tantus es-
set numerus, ut sine magno Detrimento excludi non
possit proscriberetur, sed ut valor illius in singulis
grossis duobus minutis Nummis diminueretur, adque
si Dominus Dux videre eam pergeret. Quod si de-
sineret, tum verò unus tantum Nummus grossis
destraheretur, eoque futuram, ut omnis ista moneta
in Terras Trupic; ubi majoris estimabitur Defera-
tur. Quod Consilium priusque sequeremur, ex-
quirendas de eo Praefectorum rei Monetae Sen-
tentias putavimus, quibus exterminanda Domi-
ni Ducis moneta, cura in proximis Comitibus
Demandata est. Inter quos cum Laternitas tua
summum locum obtineat, hortamur illam, ut
quid de ea re sentiat, quidque nos facere oport-
eat certiores nos faciat, consiliumque melius
si invenerit Nobis suggerat, nihil enim hac
in re consilio nostro agere volumus. Factura
rem Nobis gratam. Quam bene valere cu-
pimus. In Athor 11. Junii 1547.